



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Operibus proprijs non velle saluari, sed solùm Christi operibus, sanè  
intelligendum est. ti. 160

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

statuta & præcepta. Nā fides solum respicit in vitam Christi, & in alium finem, fides facit opera ad est, ad laudem Dei, ad obediendum Deo, ad gratias agendum. Et sic fides primò apprehendit iustitiam à victima Christi. Deinde operatur dilectionis opera, in finem laudis & obedientiæ Dei.

Quintò, opera sic in eum finem facta, id est laudis, non fiunt frustra, sed Deus per illa, vna cum fide, distribuit nobis remissionem & vitam tanquam per media. Non merentur hoc media sua dignitate, neque merita sunt, sed vnicum Christi meritum appropriatum ex misericordia sic nobis distribuitur & appropriatur.

Sexto, quoniā nō omnes ex æquo hæc media amplectimur & habemus, & diligentior est vnus altero in fide, obedientia & timore Dei, in obseruatione Decalogi, &c. ideo etiam fit diuersa distributio. 1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet, &c. & 1. Corint. 15. Sicut differt stella à stella: & loc. 14. in domo patris mei multæ sunt mansiones &c. Sed hoc totū est misericordia Dei nō dignitas operum.

*OPERIBUS PROPRIIS NON  
velle saluari, sed solum Christi operibus,  
sanè intelligendum est.*

TITVLVS CLX.



RIMò, plurimum discernere oportet inter opera Christi, quæ ipse fecit pro nobis, & inter fructus spiritus sancti, quos in nobis & per nos operatur, Gal 5. quæ dicuntur largè opera nostra. Opera Christi credimus, quòd nostrā meruerunt salutem Rōm 4. Mortuus est, natus est, resurrexit propter nostram iustificationē. Sic ipse vicit peccatum, mortem Sathanam, & sedet ad dextram patris, & regnat in nobis. Datus est nobis, vt sit sapientia, iustitia,

Justitia, sanctificatio nostra, 1. Corinth. 1. vt per illum  
 habeamus vitam æternam, Ioan. 3. Hoc est Euangeli-  
 um nostrum, 1. Cor. 15.

Opera nostra sunt fructus, dona spiritus sancti que  
 in nobis operatur, Esai. 26. Omnia opera nostra, &c.  
 Et fructus spiritus sancti sunt, Fides, dilectio, spes, ti-  
 mor, pax, castitas, oratio, ieiunium &c. Galat 5. sub il-  
 lis donis & fructibus comprehenduntur omnia bona  
 opera hominis, quorum author est spiritus sanctus.  
 Ille operatur ea in nobis per suam gratiam, & remu-  
 nerat per suam misericordiam.

Secundò, Hæc autè est differentia: opera Christi  
 sunt merita, id est, ipsa meruerunt gratiam remissio-  
 nis & salutis nobis. Nostra opera sunt dona & me-  
 dia, per quæ apprehendimus Christi merita, & re-  
 tineamus. Opera Christi non sunt dona vel fructus  
 spiritus sancti, sed opera Christi sunt causa efficiens  
 salutis. Nostra apprehendunt per fidem & retinent  
 per dilectionem, ne iterum amittatur gratia. Ope-  
 ra Christi causa sunt, quatenus & nostra opera pla-  
 ceant Deo idèd plurimum differunt inter se Christi  
 & nostra opera.

Tertiò, diligenter admonent Apostoli in suis scri-  
 ptis, vt post apprehensionem gratiæ, per fidem &  
 efficaciam operum Christi, nostra iustitia operum  
 illam retineamus, vt 1. Corinthiorum. 5. Pascha no-  
 strum immolatus est Christus, Heb. 9. 1. Pet 2. Per no-  
 stram igitur iustitiam retinemus Christi distributam  
 gratiam.

Quartò quod quidam hæretici iactant, se non vel-  
 le proprijs operibus, sed solù Christi operibus salua-  
 ri &cæt. sanè est intelligendum, si sine omni medio  
 operum, id est, obseruantia præceptorum, timore &  
 amore Dei &cæt. simpliciter putant se consequi salu-  
 tem, solùm quia credunt Christum natum & pas-  
 sum, errât. Hic error etiam taxatur à Christo Mat 7.  
 Non

Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, & cetera ad Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, & cetera. Sed in omnibus obseruatis medijs, nempe præceptorum Dei, Sacramentorum cõmunionem, & cetera. adhuc propter Christi opera sperat salutem, & non dignitatem suorum operum, hic rectè sentit. Roman. 8. Non sunt condignæ passiones & cetera. Luc. 17. Cùm feceritis omnia & cetera. Ideo oportet semper meminisse hanc regulam, quòd Deus per media & ordine facit, quæ facit, & nihil extra ordinem & cetera. sed cum lege. Non ergo saluamur Christi merita, nec tibi appropriantur, nisi per media virtutum & bonorum operum, & cetera. Mendacium etiam est apertissimum, quòd hæretici obijciunt, scilicet, Nos velle esse iustos iustitia legis sine fide, necesse nos iustitiam fidei, id est, quòd propter Christum iustificamur & saluamur, sed quòd hoc tribuimus dignitati operum legis, & docere, quòd nulla alia iustitia, quam quæ ex lege est, quam tamen Paulus reijcit, Philip. 3.

### QUOMODO RES DIVERSE

*sunt, promereri salutem, & promeritam salutem nobis applicare & frui, conseruare & possidere.*

### TITVLVS CLXI.



Rrimò notandum, quòd solus vnus est, qui promeruit salutem, id est, Iesus Christus, qui semel iatrouit in sancta, & cetera. ternam reperit redemptionem, Hebr. 9. & 1. Ioannis 2. Ipse est propitiatus pro peccatis nostris & totius mundi. Col. 1. Per hunc complacuit patri sibi omnia reconciliari. Act. 10. Per hunc annunciat vobis remissio peccatorum, & cetera. Esai. 51. Gloriam meam alteri non dabo. Ideo hoc est irrecuocabiliter verum, quòd vnus est in cõmuni.